# Гимн СТУДЕНТОВ

## (ГАУДЕАМУС)

Переложение Т.Нейман




Gaudeamus igitur, juvenes dum sumus! (bis)
Post jucundam juventutem,
Post molestam senectutem
Nos habebit humus. (bis)

Ubi sunt qui ante nos in mundo fuere? (bis)
Vadite ad superos
Transite ad inferos,
Ubi jam fuere. (bis)

Vita nostra brevis est, brevi finietur; (bis)
Venit mors velociter,
Rapit nos atrociter,
Nemini parcetur. (bis)

Vivat Academia, vivant professores! (bis)
Vivat membrum quodlibet,
Vivant membra quaelibet
Semper sint in flore! (bis)

Vivant omnes virgines, fasiles, formosae! (bis)
Vivant et mulieres
Tenerae, amabiles,
Bonae, laboriosae. (bis)

Vivat et Respublica et qui illam regit! (bis)
Vivat nostra civitas,
Maecenatum caritas,
Quae nos his protegit! (bis)

Pereat tristitia, pereant osores, (bis)
Pereat diabolus,
Quivis antiburschius
Atque irrisores! (bis)

© igraj-poj.narod.ru